



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

Reuerendissimo & Illustrissimo Principi ac Domino, Francisco Gvilielmo,
Episcopo Osnabrvngensi, Mindensi, & Verdensi, S. R. I. Principi: Comiti in
VVartenberg, & Domino in VValdt: Præposito ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)



*Reuerendissimo & Illustrissimo
Principi ac Domino,*

FRANCISCO GVILIELMO,
EPISCOPO OSNABRVGENSI,
*Mindensi, & Verdensi, S. R. I. Principi:
Comiti in VVartenberg, & Domino in
VValdt: Praeposito Katisbonensi, Bon-
nensi, Oettingensi, S. Coloniensis Eccle-
sia Archidiacono, &c. Principi,
& Domino meo Clemen-
tissimo.*



Ein columi ad nos
appulsu, redeunti
peregrè ILLV-
STRISSIMÆ
CELSITVDINI
TVÆ congratu-

† 2 la-

Epistola

laturus, nolui ab vsitato Maiorum
ritu discedere. Verum enim cum
vetus Patrum mos perennet et-
iamnum in Nepotibus, vt sacris
Ecclesiarum Principibus, Clerus
populusq; Crucibus pansis, atque
explicatis signis obuiam solemni
cum caremonia feratur: Ecce
HIERARCHA VENERANDE,
quotquot prodigiis conspicuas,
quotquot vetustatis opinione, po-
pulorumq; votis, ac religione il-
lustres Cruces, vniuersa Diœcesis
Coloniensis veneratur, breui hoc
Commentario, quasi patentē in
occursum TIBI, libuit. Neque
verò vel prælens CELSITVDINIS
TVÆ spectata conditio, vel con-
siderata ratio publicorum tempo-
porum, quando tot malis auer-
runcandis, arma atque amuleta
omnia proferenda sunt, consulere
mi-

Dedicatoria.

mihi aptius poterat genus congratulationis. Siquidem Diuina illa Crux Heroïco pectori T v o haud secus ac triplex ex ære oppansa lorica, Prouinciarum T v a r v m naufragia, proteruarum Hæresum insolentiam, ararum lariumq; vastitates, bellis atque armis ardentia omnia, faciet T E aspicere fortiter, constanterq; tolerare. Nam siue suffixum Cruce, Mundi vindicem Christum contempleris, quid est, per Deum Immortalem, quod impotentiùs de nostris malis quiritemur? Pendent eius laceri flagellis artus, liuentes verberibus, sanguine decolores, horret dumis venerandum cœlis caput, hiat barbaro à ferro pectus, orbiumq; conditrices manus infamili ligno conclauantur. Ipse afferti à se Mundi ludus hîc ac fabula fit, orbis amicis, veste, fama,

Epistola

vita, vt impatientiæ nostræ nulla
suppetat excusatio, & benedictum
S. Crucis Lignum, in Exilij **T**u
tam diuturni, atque ærumnarum
TVARVM vndas demersum, ea-
rum **T**IBI absynthium in promul-
sidem conuertat. Siue eiusdem
Ligni portentosas virtutes con-
templeris, eiusmodi sanè sunt,
quæ ad alas illius, velut ad publi-
cam dolorum, laborumq; phar-
macothecam **T**E inuitent, vnde
corporibus pariter atque ægris a-
nimis, vnde publicis priuatisq;
malis solatia præsentissima mu-
tueris. Iam vbi rerum orbe verso,
benignior **T**E fortuna domum re-
uocarit, nulla **T**E vota, venti, at-
que aues certioribus auspiciis eun-
tem prosequuntur. Nimirum sa-
cro sancta illa Domini Crux, cre-
bris aris ac votis honorata, omnes
TIBI temporum nubes ac nebulas
ex-

Dedicatoria.

explicabit. Illa detonantis TIBI
cœli, ac despumantis sali sternet i-
ras, illa post diutinam hanc pro-
cellam, expetitam tandem sereni-
tatem, annosq; TIBI aspirabit læ-
tos, ac plurimos, quibus ouilia
TVÆ, domitis hæresibus, repul-
lulante vera religione, pollens au-
thoritate, opibus valens, ditior vir-
tute, pius, fœlix, & pacificus admi-
nistres. Ita voueo, ac precor, per
parta in Cruce merita Christi Iesu,
Amen.

Reuerendissima & Illustrissima
CELSITVDINIS TVÆ

Colonia Kal. Ia-
nuar. Anno Do-
mini in quo⁺
MiseriCordia, Veritas
& pax eius obvlabVnt.

Humill. seruus & cliens
ÆGIDIVS GELENIVS
Ltus Can. S. Andr.